



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Art. III. De Natura Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

ARTICULUS III.

De Natura DEI.

Q. 1. In quo predicato consistat Natura DEI? R. in communiore sententia, eam in predicato *Intellectivo* a se consistere; quia Intellectio est præcipua DEI operatio, a se quæ est origo omnium Decretorum atque Processionum ad intra, quæ quam etiam Verbum in similitudinem Naturæ potissimum procedere dicitur.

Q. 2. An Natura DEI virtualiter distinguatur à Personis? R. etsi talem distinctionem negent Gratianus & alii, communiter tamen eam concedi ab aliis Theologis, quod quod Natura & Paternitas v. g. in uno tertio distinguatur, scilicet in Filiatione, cum qua Natura per suam identificationem communicatur; Paternitas verò realiter ab ea distinguitur; cum ergo hæc distinctio maior sit, quam ratio nis ratiocinata, & strictè realis dici non queat, saltem realis dici debet.

ARTICULUS IV.

De Attributis DEI.

Pro meliori intellectu dicendorum in hoc articulo notandum est attributa aliqua de DEO *proprie*, alia *Metaphorice* duntaxat prædicari. *Proprie* prædicantur perfectiones, quas habere melius est, quam oppositum illatum, quæ propterea à Theologis perfectiones simpliciter simpliciter vocantur; *Metaphorice* seu improprie prædicantur, quæ in conceptu suo imperfectionem aliquam involvunt, quales sunt dolor, ira, & similes; hæ enim non nisi demptis imperfectionibus per hæc vocabula significatis DEO convenire possunt. Præterea sumuntur Attributa variis modis, ut videre est apud Tann. q. 2. du. 1. 1. Latissimè pro omni predicato, quod DEO attribui potest. 2. Minus latè pro omni eo predicato, quod DEO ut unus est, convenit, & ipsam essentiam quam radicem subsequi concipitur; quo pacto sola prædicata absoluta, & non relativa includuntur. 3. Strictè pro solis prædicatis, quæ positivam perfectionem includunt.